



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 17. Probam vocem esse, Exanclare, & temerè ab alijs damnatam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

des fuerunt: quorum vterq. futura prænoscere ac praedecere putabatur. Docet id Clemens Alexandrinus cuius hæc verba sunt è primo *σρωμάτων*. *Ἡδὲ τῶν ἑλλήσι χριστολογῶσι συχνὰ γεγονέναι θέρονται, αἷ οἱ βελόναι μὲν βροίωπιθ, ὁ δ' ἀριὰς πολλὰ πολλοῖς ἀεσαυρευσται.* & veritum Atheniensem addit Philetas apud Suidam Bœotij tamen frequentissima apud veteres mentio.

Locus Virgilij è Thucydide effictus.

CAPVT XVI.

Qui collegerunt indicaruntque locos Virgilij aliis scriptoribus expressos, ad illum vertuntur quarto *Æneidos*,

*Ille dies primus lethi primusq. malorum
Causa fuit,*

alij alia notarunt. Ego autem existimo, Virgilium locum hunc in animo dictum Meleippi Spartani qui principio belli Peloponnesiaci cum ad pertentendos animos Atheniensium missus esset: cumque inauditus statim ad suos redire iussisset, ex *Aeneidos* finibus excedens dixisse fertur, illum diem Græcorum magnorum malorum principium fore. qua de re Thucydides libro secundo: *ὁ δ' ἐπειδὴ δὴ τοῖς ἑλλήσι νεοτὸν καὶ ἐμελλεῖ διαλύεσθαι, τὸ σὸν δὲ εἶπὼν, ἐπορεύετο, ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῖς ἑλλήσι μεγάλων κακῶν ἀρχή.* fuit autem Virgilij grauiissimi illius rerum scriptoris studiosissimus imitator. Multis certisque argumentis peruinci facile potest.

Probam vocem esse, Exanclare, & temerè ab alijs damnatam. CAP. XVII.

EXANTLANDI verbum numquid à Latinis scriptoribus usurpatum sit, pro certo & explorato habere non ausim. Si quis tamen ex me, quid sentiam

riget, peregrinum esse existimo: & Græcè quidem re-
 dici ἐξαρτλῆν: sed Latine loquenti *exanclare*, non
anclare, dicendum. Quo magis miror, quid accide-
 rit cuidam, qui eam vocem, ipsa enim hominis verba
 ponam, neque ab vlla Latina, neq. ab vlla Græca vo-
 ce originem habere posse, & ex totius linguæ Latinæ
 finibus ablegandam esse, audacter pronuntiauit. Po-
 terat certè, qui tam multis locis alienam in hoc gene-
 re audaciam accusat, ipsemet modestius loqui. Sed
 non est nouum, vt quo quisque vitio maximè labo-
 rat, eius se in aliis acerrimum ac vehemētissimum re-
 prehensorem profiteatur. Ἀγκύλον curuum est: & inde
 est *angulus*, & *ancylia*, scuta, vt ait Nonius, grandia: &
ancyle, vt ait Helychius, poculi genus: id est, vt ego ar-
 bitror, scutella: & inde est Latinis *anclare*, id est, hau-
 riri: & ἀγκυρομένον *anclare*, & *exanclare*, id est, exhau-
 riri: eadem forma, qua *poplum* pro *populo*, & talia
 multa dicebant. Neque hæc vel ex Festo & Nonio
 ignora esse debebant. Itaq. apud Plautum, Ciceronem,
 aliosq. scriptores Latinos videmus, *exanclare* legitur,
 vna littera mutata, *exanclare* legendum puto.

Emendatus è Plauti Bacchidibus locus.

CAPVT XVIIII.

THESAURVM quendam malorum Plautinæ
 fabulæ continent: ita quo plura in eis hulcera
 cœunt, ac confanescunt, eo plura erumpunt ac dete-
 guntur. Itaque non est verendum, ne istis, qui ex vete-
 rum scriptorum emendatione ingenij gloriam aucu-
 pantur, quid agant, desit. Vt omnes omnia conferant,
 vnus eis Plautus satis superq. negotij vsque & vsque
 exhibebit. Quando igitur nos quoque in eis quorun-
 dam opinione censemur: agetur, opis ei aliquid pro
 nostra

Mureti
 Lectiones
 III
 25